

*Description of Foundation Stone
New Bridge*

Q. F. F. Q. S.

REGNANTE. GEORGIO. III. PATRE. PATRIÆ.

URBIS. PRÆFECTO. ITERUM.

JOANNE. MARJORIBANKS. DE. LEES. EQUITE. BARONETTO.

ARCHITECTO. ROBERTO. STEVENSON.

CIVES. EDINBURGENSES.

NOVUM. HUNC. ET. MAGNIFICUM.

PER. MONTEM. VICINUM.

AD. SUMMAM. URBEM. ADITUM. MOLITI.

IN. HOC. PONTE. NOMEN. JUSSERUNT. INSCRIBI.

PROREGIS.

GEORGII. AUGUSTI. FREDERICI.

UT. NATI. NATORUM.

ET. QUI. NASCENTUR. AB. ILLIS.

VEL. A. PUERILIBUS. ANNIS. PROFERENTES.

DISCANT. PRINCIPIS. VENERARI. NOMEN.

QUI. PATRIS. VESTIGIA. PREMENS.

BELLAQUE. TANTUM. PRO. PACE. GERENS.

ET. SALUTE. ET. LIBERTATE.

SUI. POPULI. ATQUE. EUROPÆ.

LUSITANIÂ. JAM. ET. HISPANIÂ.

AB. INFESTISSIMO. HOSTE. LIBERATIS.

ET. GALLIÂ. ET. TOTÂ. DEMUM. EUROPÂ.

AB. IMMANI. TYRANNIDE. VINDICATIS.

GENTEQUE. BOURBONIÂ. IN. PATRIAM. REDUCTÂ.

ET. LUDOVICO. XVIII. ATAVORUM. SOLIO. REDDITO.

BRITANNIARUM. FELICITER. SCEPTRA. TUEBATUR.

A. D. MDCCCXV.

PONTIS. VERO. IPSIUS. PRIMUM. LAPIDEM.

RITU. ET. MORE. SOLLENNI. POSUIT.

VIR. NOBILISSIMUS.

JACOBUS. FIFÆ. COMES.

AMPLISSIMI. SODALITII. ARCHITECTONICI.

SCOTORUM. CURIO. MAXIMUS.

XIII. CAL. OCTOBRIS.

ÆRÆ. ARCHITECTONICÆ.

ANNO. MDCCCXV.

